

N° 4.

**Traité de Bayonne, avec les ratifications de Saragosse
et de Chinon**

1462. — (Archives Nationales, J 592, n° 12, original.)

In nomine Domini, amen. Hujus presentis publici instrumenti tenore cunctis pateat evidenter et sit notum quod, anno Incarnationis Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, die vero vicesima prima mensis maii, pontificatus sanctiesimi in Christo patris et domini nostri domini Pli, divina providentia pape secundi, anno quarto, in nostrum notariorum publicorum ac testium infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia, serenissimo et potentissimo principe domino Johanne, Dei gracia Aragonum et Navarre rege, personaliter constituto, presentibus et existentibus nobilibus et egregiis viris Bernardo de Ulmis, senescallo Bellicadri et Nemausi, et Raymondo Arnault de Montebardono, domino de Montemaurino, magistro hospicii chistianissimi et potentissimi principis domini Ludovici, eadem gracia Francorum regis, ejusque consiliariis, procuratoribus, ambassiatibus et nunciis specialibus et quoad infrascripta speciale et generalem potestatem habentibus, apud eundem serenissimum regem Aragonum et Navarre missis et destinatis, per me Fernandum de Vaquadano, aiterum ex notariis infrascriptis, fuit alta et intelligibili voce lectum et publicatum quoddam instrumentum publicum, coram nobis, a paucis diebus citra stipulatum et passatum inter eundem christianesimum Francorum regem, pro se, et nobilem virum dominum Petrum de Peralta, militem, prout se dicentem ambassiatorem et quoad hoc vices gerentem ejusdem ssrenissimi Aragonum regis ac gestorem illius rei et negotii, de quo tunc agebatur, cuiusquidem instrumenti tenor sequitur et est talis :

In nomine Domini, amen. Tenore hujus presentis publici instrumenti cunctis pateat evidenter et sit notum quod, cum serenissimus et potentissimus princeps dominus Johannes, Dei gracia rex Aragonum, tam per se quam per suos deputatos,

sepius precibus institerit penes et apud christianissimum et potentissimum principem et dominum, dominum Ludovicum, Dei gracia Francorum regem, ut de certo numero gencium armorum et tractus sive sagitariorum necnon artillerie sive munitionum contra nonnullos subditorum suorum civitatis Barchinone et principatus Cathalonie, dicto domino regi Aragonum rebelles, succurrere et concedere vellet ad eos ad suam obedientiam reducendum, et, post diversos tractatus super hoc tam inter ipsos dominos reges quam eorum consiliarios ad hoc specialiter deputatos habitos, prefatus christianissimus Francorum rex, certis ex causis ad hoc animum suum moventibus, voluerit et consenserit, vult eciam et consentit dare et concedere ad usum et effectus premissos, dicto domino Aragonum regi, numerum septingentarum lancearum cum sagitariis sive gentibus tractus illis convenientibus, secundum usum et morem regni Francie, sub conductu et onere aliquorum ejusdem christianissimi regis Francorum principalium officiariorum, una cum certo numero peditum armatorum et certo quantitate munitionum, machinarum seu artillerie, eolitorum et stipendiatorum, qui dicti armati et lancee, unacum ipsis sagitariis, debent esse in puncto et parati pro incessu infra finem mensis junii proxime instantis, pro laciori termino, ad serviendum prelibato domino Aragonum regi, in pertibus Cathalonie.

Et, hoc faciendo, prefatus serenissimus rex Aragonum tenebitur prefato christianissimo Francorum regi, pro sumptibus, stipendiis et expensis per eum in hiis, que supradicta sunt, faciendis, solvere et solvet de facto summam ducentorum milium scutorum veterum auri puri et examinati, quorum sexaginta quatuor ponderabunt et attingent marcham auri Francie, solvendam, videlicet centum milia scuta vetera et consimilis ponderis infra tres menses postquam predicta civitas Barchinone ad obedientiam et subjectionem prefati serenissimi regis Aragonum reducta fuerit proximo inde sequentes, alia vero centum milia scuta auri consimilis ponderis et qualitatis infra unum annum post illos tres menses proximo sequentem. Pro cuius summe et qualitatis solucione, dictus serenissimus rex Aragonum tenebitur, promittet stabiliter atque jurabit ex nunc tradere et liberare, seu tradi et liberari facere, in manibus dominorum Karoli et Berengarii de Ulmis, militum, nomine et ad securitatem predicti christianissimi regis Francorum, castra de

Perpiniano et de Colubre, in comitatibus Rossilionis et Ceritanie. Consenciet eciam atque ordinabit quod predicti domini Karolus et Berengarius, milites, solempe presiabunt juramentum de fideliter custodiendo dicta castra de Perpiniano et de Colubre dicto christianissimo Francorum regi, et de ea sibi tradendo et restituendo, lapsis terminis solucionis, quocies per ipsum vel suos ad hoc deputatos fuerint requisiti. Et cum hoc, tenebitur rex Aragonum prelibatus exonerare, quittare et liberare dictos dominos Karolum et Berengarium de Ulmis de jureamento et fideliati per eos et sorum quemlibet sibi prestitis de custodiendo pro eo castra et fortalicia predicta. Preterea, dictus serenissimus rex Aragonum, statim post reductionem dicte civitatis Barchinone, tenebitur liberare et tradere seu tradi et liberari facere, ipsi christianissimo Francie regi seu ab eo deputando vel deputandis, plenam, realem, actualem et liberam possessionem omnium eliarum villarum, castrorum, fortaliorum et dominiorum quorumcunque dictorum comitatuum Rossilionis et Ceritanie, cum omnibus fructibus, proventibus, redditibus et emolumentis ad ea pertinentibus et spectantibus, ad ea possidendum et expletandum per ipem Francorum regem, usque ad plenam et integrum solucionem et satisfacionem dicte summe ducentorum milium scutorum veterum auri et ponderis antedicti, absque tamen sortis principalis deductionem¹; quos fructus et redditus sic perceptos, rex Aragonum antedictus, mera liberalitate et donacionis titulo, dedit et cessit vultque eo casu quod in usum ejus veniant atque cedeant² et ex causa antedoti³. Et ulterius dictus serenissimus rex Aragonum tenebitur, post dictam reductionem civitatis Barchinone et tradita possessione dictorum castrorum, villarum et fortaliorum unacum redditibus, fructibus, obvencionibus et emolumentis, remittere, quittare et relaxare, ad comodum et utilitatem dicti christianissimi regis Francie, omnia homagia, laudimia, fidelitates, radditus, proventus et obvenciones sibi ractone dictorum comitatuum, villarum, castrorum et alias sibi ex quacunque causa debita, una cum universis eorum pertinenciis, tradendo eciam et concedendo super hoc mandaia opportuna et litteras

1. Sic. Il faut évidemment lire « deductione ».

2. Sic. Lisez « cadant ».

3. Sic. Lisez « antedicta ».

patentes ad hoc necessarias pro execucione et complemento omnium et singulorum premissorum. Concedet ulterius ipse rex Aragonum, post relaxacionem dicti juramenti fidelitatis, quod illud tale juramentum fidelitatis, solitum sibi et regibus Aragonum, qui pro tempore fuerunt, ratione dictorum comitatuum et Iominiorum prestari, eciam prefati christianissimo regi Francorum, aut suo vel suis ad hoc deputandis, per cappitaneos, castellanos, vassallos, custodes et subjectos ipsorum comitatuum et dominiorum prestetur. et quod ipsa dominia et ipsi comatus, cum eorum partinencie fructusque eorum et redditus, per eum teneantur et possideantur, jure pignoris et pro sue voluntatis arbitrio, usque ad plenam satisfacionem et integrum licte summe ducentorum milium scutorum auri veterum. Que castra, villas, fortalicia, comitatus et dominia supersrius declarata ipse serenissimus rex Aragonum tradere tenebitur dicto christianissimo Francorum regi, modo predicto, sub pena et obligacione mile marcharum auri puri ad pondus Francie; quam penam predictus Aragonum rex incurret et solvere tenebitur prelibato ebriatissimo Francorum regi, ultra summam predictam ducentorum milium scutorum auri, casu quo predicta castra, villas, fortalicia, comitatus et dominia non traducerit modo antedicto; que pena solvetur in terminis solucionis predictorum ducentorum milium scutorum auri quam : summam nile marcharum auri solvendo, predictus rex Aragonum, redanebit immunis ab obligacione tradicionis castrorum, villaum, dominiorum et fortaliciorum predictorum, ceteris tamen iis clausulis hujus presentis instrumenti vel obligacionis in uno robore manentibus.

Ceterum, si contingere, antequam ipsa armata sive gentes rrorum dictam petriam Cathalonie pro succurso vel ad praesos fines intrarent, vel ipsis in ea patria existentibus, dicte civitas Barchinone et Cathalonie principstus cum dicto serenissimo rege Aragonum concordarent vel appunctarent vel ad jus manum et obedienciam se reducerent, ne bilominus predictus serenissimus rex Aragonum tenebitur omnia et singula superius declarata facere, solvere et adimplere, modo et forma t sub penis, condicionibus, qualitatibus et clausulis supersrius declaratis.

Postremo, si post reductionem dicte civitatis Barchinone et principetus Cathalonie, contingere eundem serenissimum re-

gem Aragonum gentibus armorum predictis in sucsum sibi concessis uti velle et se juvare ad reducendum ad suam obedientiam aliquas terras aut dominia regnum suorum Aragonie aut Valencie, hoc facere poterit, adjecto quod, ultra summam predictum ducentorum milium scutorum, idem serenissimus rex Aragonum hujus ratione tenebitur solvere, infra unius anni spaciū computandum post lapsū termini pro ultima solucionē superius ordinati, summam centum milium scutorum veterum auri et ejusdem ponderis.

Insuper fuit adiectum et concordatum quod certa elia generalis obligacio, facta per dictum serenissimum regem Aragonum et aliquos ex suis consiliariis erga prefatum christianissimum regem Francorum, ante dāiam presencium, in suis persisiat robore et firmitate, et quod nullatenus per istam censeatur innovari, et quod eciam possit per ipsam primam obligacionem et ejus virtute ad observacionem in ipea contentorum suas intentare, cum expedierit et visum fuerit, per se et alium actiones, non obstante praesenti obligacione et convencionē; proviso tamen quod, si idem christianissimus Francorum rex virtute precedentis obligacionis ageret et aliquid ex ea conqueretur, predictus rex Aragonum remanebit immunis quo ad illa solum que virtute illius precedentis obligacionis soluta fuerint, presenti tamen obligacione quoad cetera in suo labore remanente.

Que omnia et singula dicta et recitata fuerunt in civitate Baionensi, in presencia dicti christianissimi Francorum regis et eliquorum de consilio suo, ex una, dominique Petri de Peralte, militis, ambassiatoris regis Aragonum et ipsius vices gerentis pro ipsoque et suo nomine hujus rei et negotii gestoris, ex altera partibus, testiumque infrascriptorum. Quibus sic dictis, recitatis et intellectis, predictus christianissimus Francorum rex ea que illum concernunt promisit et juravit in verbo regio facere, tenere et adimplere, sub obligacione omnium bonorum et dominiorum suorum, eciam sub pena mille marcharum auri, casu quo tamen ipsa castra Perpiniani et Colubre, modo predicto, sibi tradita fuerint. Dictus eciam dominus Petrus de Peralta, in qualitatibus quibus supra et nomine ipsius regis Aragonum et pro ipso onus hujus rei in se suscipiens, pepigit, promisit et juravit in animam suam, et sub obligacione et hypotheca corporis et omnium bonorum suorum,

omnia et singula predicta teneri facere et adimplere per dictum serenissimum regem Aragonum, et per ipem hunc presentem contractum sive convencionem facere ratificari et de novo per simile instrumentum predicta promittere, tractare et jurare, et quod, ad ea tenenda et adimplenda, ipse serenissimus rex Aragonum omnia sua regna, terras et dominia obligabit et submittebit, sub penis, modis et quasiitatibus superius declaratis per solempe instrumentum cum clausulis et enunciacionibus et aliis ad hoc necessariis, meliori modo et forma quo poterit, et quod pro predictis ipse Aragonum rex se submittet cohercioni et compulsioni, rigoribus camere apostolice et aliorum quorumcumque judicum et dominorum tam ecclesiasticorum quam secularium, et ad majorem cautellam omnia et singula premissa solemptni et proprio juramento firmabit. Et, casu quo predictus dominus Petrus de Peralta ea que sic promisit modo et forma premissis non adimpleverit, ipse ex nunc incurriere vult penam mille marcharum auri, ad cujus solucionem, cas[u] quo in complemento predictorum defecerit, ipse de Peralte ex nunc se et omnia bous sua mobilia et immobilia quaecunque obligavit et obligut, submittique se pro premissis cohercioni camere apostolice et quorumcunque aliorum judicum tam ecclesiasticorum quam secularium.

De et super quibus premissis omnibus et singulis partes predicte requisierunt a nobis notariis publicis subscriptis sibi fieri publicum instrumentum seu publica instrumenta, unum vel plura.

Acta fuerunt haec in dicta civitate Baionensi, in camera predicti christianissimi regis Francorum, die nona mensis maii, anno Incarnationis Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Pii, divina providencia pape secundi, anno quarto, presentibus ibidem magnificis et egregiis viris domino Jobanne comite de Commingu, marescallo, domino Petro de Morvillier, milite, cancellario, domino Jobanne Burelli, eciam milite, domino de Montglat, thesaurario Francie, megistro Petro Doriole, consiliario ajusdem christianissimi regis, Johanne d'Espelette, vicecomitte d'Erro, Bernardo de Ulmis, senescallo Bellicadri et Nemausi, Petro¹ Arnaldi de

1. Inadvertance du scribe, au lieu de « Raymundo ».

Montebardono, domino de Montemaurino, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Sequitur suscriptio notariorum : Et ego Fernandus de Vaquedano, clericus Pampilonensis diocesis, apostolica et regia auctoritatibus publicus notarius, premissis omniibus et singulis, dum uic agerentur, dicerentur et fierent, una cum magistro Michael de Viliechartre, notario, testibusque prescriptis, presens interfui eaque sic dici et fieri vidi et audivi, et ea cum prefato de Villechartre in notam sumpsi, ex qua hoc presens publicum instrumentum manu aliena fideliter scriptum una cum eo confeci, manuque et nomine vicis solitis et consuetis munivi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum, rogatus et requisitus. Et ego Michael de Villechartre, clericus Pictavensis diocesis, publicus apostolica auctoritate notarius ac prefati christianissimi Francorum regis secretarius. premissis omnibus et singulis, dum sic ut premititur agerentur, dicerentur et fierent, una cum magistro Fernando de Vaquedano notario testibusque subscriptis presens interfui, eaque sic dici et fieri vidi et audivi, et cum prelibato de Vaquedano in notam sumpsi, ex qua hoc presens publicum instrumentum manu aliena fideliter scriptum una cum eo confeci, signoque meo in talibus solito et consueto communivi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum, rogatus pariter et requisitus.

Quas quidem litteras superius insertas ac omnia et singula in ipsis contenta dictus serenissimus rex Aragonum, cum limitacionibus et adjectionibus infra positis et contentis, laudavit, ratificavit et approbavit, prout et adhuc laudat, ratificat et approbat, et de ipsis advoavit et advoat ipsum dominum Petrum de Peralte, sicutque et est ex illis contentus ac si in sua propria persona ipsa contractasset. promisisset et jurasset, promittens ipse serenissimus rex Aragonum bona fide, in verbo regio et sub ypoibeca et obligacione omnium bonorum, regnum, terrarum, possessionum et dominiorum suorum quorumcunque, omnia contenta et declarata in instrumento, seu litteris preinsertis, cum limitacionibus infrascriptis, rata et grata habere et perpetuo habiturn, et ea tenere et adimplere ac de puncto in punctum observare et observari facere, absque veniendo, nec per se vel alium, quovismodo in contrarium venire faciendo. Et, ad majorem securitatem et approbacionem,

ut etiam res ipse melioris virtutis, roboris et efficacie existant, stipulantibus et acceptantibus ipsis procuratoribus et ambas-siatoribus prefati christianissimi Francorum regis pro eo, pre-dictus serenissimus Aragonum rex, in propriis persona, ex sua certa sciencia, mera et spontanea voluntate, de novo se obligavit et obligat dicto christianissimo Francorum regi in omnibus et singulis qui¹ factum ipsius tangunt contentis et declaratis in litteris et instrumento superius transcriptis, cum limitacioni-bus, declarationibus, ac adjectionibus et clausulis sequentibus et non alias : Videlicet quod predicta armata regis Francie exieiet in confinibus Cathalonie pro fine mensis junii predicti, et non recedat a sucursu dicti domini regis Aragonum, donec et quoisque predicta civitas et principatus Cathalonie fuerint reducti ad plenam obedienciam ipius Aragonum regis, et hoc secundum formam et tenorem antedictae generalis obligacionis; cum hoc etiam, quod illi tres menses post reductionem Catha-lonie pro prima solucione superius expressi extendantur ad sex menses, ita quod infra sex menses post reductionem prefatam teneatur ipse rex Aragonum solvere centum milia scuta, et inde ad unum annum post illos tres menses sequentem alia centum milia scuta. Ac etiam id, quod in suprainserto ins-trumento dicitur, quod post obedienciam Cathalonie rex Ara-gonum possit se juvare predictis gentibus in regnis Aragonum et Valencie vel altero eorum, si aliqui subditi fuissent sibi re-belies, ad eos ad obedienciam suam reducendum, intelligatur etiam si aliique gentes extere vel alie facerent sibi guerram, tam ante quam post obedienciam predictam, quod etiam habeat eos tenere et possit eis uti pro defensalone prediciorum Ara-gonum et Valencie regnum, posito quod nulla sibi esset in eis rebsilio ; et, cum hoc, tenebitur solvere prefatus rex Arago-num alia centum milia scuis, prout in prefato suprainserto ins-trumento continetur. Que omnia et singula prefatus christia-nissimus Francorum rex, si illa voluerit tenere et adimplere, obligabit se, prout ipse rex Aragonum hic se obligavit, tenere, observare et adimplere, in presencia prefati domini Petri de Peralta. Quod si ipse rex Francorum facere noluerit, vult pre-fatus rex Aragonum presentem obligacionem nullius esse robo-ris vel momenti, volens et consciens² insuper dictus Ara-

1. Sic. Lisez « que ».

2. Sic. C'est « consciens » que l'on doit comprendre.

gonum rex quod, in defectu complementi rerum predictarum, ipse christianissimus Francorum rex possit et valeat explectare et expletari facere, lapsis terminis supersius declaratis, in et super terris, regnis, dominis et possessionibus dicti serenissimi Aragonum et Navarre regis, usque ad furnimentum et solucionem integrum summarum et penarum in preinsertis litteris lacius declaratum, renuncians prefatus serenissimus rex Aragonum omni exceptioni dolii, fraudis et mali ingenii et cuicunque etteri excepcioni qui¹, tam juris quam facti, allegari et proponi posset pro res predictas vel aliquam earum non tenendo et non adimplendo, submittens se, pro premissis [omnibus] et singulis adimplendis, cohercioni et compulsioni, rigoribus camere apostolice et aliorum quorumcunque judicium et dominorum tam ecclesiasticorum quam secularium.

De et super quibus premissis omnibus et singulis, tam prefatus serenissimus rex Aregnum pro se, quam predicti procuratores et ambassiatores ipsius christianissimi Francorum regis pro ipso christianissimo Francorum rege et ejus nomine, pecierunt a nobis, notariis subscriptis, sibi fieri publicum instrumentum, unum val plura.

Acta fuerunt hec in civitate Cesaraugusta, in camera prefati serenissimi regis Aragonum, sub anno, die, mense et pontificata quibus supra, presentibus nobili et magnifice ac honorabilibus viris domino Petro de Peralta, milite, majordomo majori, ac Martino de Aspilotta, domino de Cehanico, et Pelegriño de Jaca, domino de Eulca, scutiferis honoris et familiariis prefati serenissimi regis Aragonum, testibus ad premissa vocatis periterque rogatis.

(Place du *seing du notaire*.) Et ego Feruandus de Vnquedeno, clericus Pamplonensis diocesis, publicus apostolica auctoritate notarius ac prefati serenissimi Aragonum regis secretarius, premissis omnibus et singulis, dum sic ut premittitur ratificantur, agerentur, dicerentur et fierent, una cum magistro Michaele de Vill[e]chartre, notario, testibusque suprascriptis, presens interfui, eaque sic ratificari, dici et fieri vidi et audivi, et, cum prelibato de Villechartre, in notam sumpsi. ex qua hoc presens publicum instrumentum, manu aliena fideliter scriptum, una cum eo confecit, siguoque et nomine meis in

1. Sic. Lisez « que ».

talibus solitis et consuetis communivi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum, rogatus (et) pariter et¹ requisitus. Non obstantibus rasura in decima sexta linea existente, in qua scribuntur haec verba : « lapsis terminis solucionis, quociens per ipsum vel suos ac hoc deputatos » ; et interlineo facto supra lineam quinquagesimam quintam, in quo scribuntur haec verba : « existat in confinibus Cathalonie pro fine mensis junii predicti, et » : de quibus rasura et interlineo constat michi, notario predicto et hec aprobo.

(Place du seing du notaire.) Et ego Michael de Villechartre, clericus Pictavensis diocesis, publicus apostolica auctoritate notarius ac prefati christianissimi Francorum regis secretarius, premissis omniibus et singulis, dum sic ut premittitur ratificarentur, agerentur, dicerentur et fierent, una cum magistro Fernando de Vaquedano notario testibusque suprascriptis, presens interfui, eaque sic ratificari, dici et fieri vidi et audivi, et, cum prelibato de Vaquedano, in notam sumpsi, ex qua hoc presens instrumentum, manu mea scriptum, una cum eo confeci, signoque meo in talibus solito et consueto communivi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum, rogatus pariter et requieltus. Non obstantibus rasura in decima sexta linea existente, in qua scribuntur hec verba : « lapsis terminis solucionis, quociens per ipsum vel suos ad hoc deputatos » ; et interlineo facto supra lineam quinquagesimam quintam, in quo scribuntur hec verba : « existat in confinibus Cathalonie pro fine mensis junii predicti, et » : de quibus rasura et interlineo constat michi, notario, et hec approbo.

(Au dos est écrit) : Die dsolma quinta mensis junii, anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, dominus Petrus de Peralta, miles, ambassiator missus apud christianissimum et potentissimum principem regem Francorum ex parte serenissimi et potentissimi principis regis Aragonum, asseruit et affirmavit bona fide ipsi christianissimo principi, quod dictus serenissimus Aragonum rex confirmaverat et ratificaverat, in presencia ipsius de Peralta, contenta et dsolata in presenti instrumento.

1. De ces deux « et », il en est un qui s'est glissé par erreur, comme le prouve d'ailleurs la souscription du notaire français, lequel emploie une formule analogue.

Actum in opido de Caynone, anno et die quibus supra, presentibus nobilibus et egregiis viris domino Johanne de Montealbano, milite, admirabili(s) Francie, Anthonio Dulo, senescallo majore Acquitanie, Raymondo Arnaldi de Montebardono, domino de Montemaurino, Bernardo de Ulmis, senescallo Bellicadri; et me presente.

(*Signé :*) **DE VILLECHARTRE (paraphe).**

N° 5.

La reine d'Aragon dément l'engagement des Comtés.

I. LETTRE A LA VILLE DE PERPIGNAN.

1462, 24 mai, Gérone. — (Arch. mun. de Barcel., *Cartas Reales*, portefeuille de 1455 à 1462.)

La Reyna tudriu, etc.

Consols e prohomens ba amats e faels consellera de la Majestat del senyor rey e nostres. En aquesta vila de Perpenya e comanda de Rossello e de Cerdanya se serie sembrada fama, segons haviem entés, sots color de certe ficte e dolosament concebut avis, que la Majestat del senyor rey hauria feta aliança ab lo illustrissim rey de França contra aquest principat de Cathaluña e que, per aquesta rahó, lo dit rey de França detindrà los comtats de Rosselló e de Cerdanya, fins que per lo dit senyor li fossen restituïts trecents milia scuts, la qual cosa hauria portat a vosaltres e als ssus pobles de la vila, no solament admiració, mes encara algun aterriment e desconfiança del dit senyor. E per que ne volriem que ab aquesta tal illusió diabolica vosaltres e los dits poblats, subdita e vassals del dit senyor rey e nostres fossets constituits en algun sinistre pensament ne recaygués en vosaltres algun desconort e descontentació dal dit senyor, la intenció dei qual es stada e es ab molta clemencia e humanitat tractar a vosaltres e a tot sos poblats, nos volem dir e avisar de la veritat com passa, sens tota ficció.